



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae
Historiae Decas Prima**

Martini, Martino

Monachii, 1658

Duodecimus Imperator Kungus. Imperavit annis XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11848

UNDECIMUS IMPERATOR

PUK I A N G U S.

Imperavit annis LIX.

Sub hæc tempora intestinâ discordiâ domus regia laboravit, Imperatorum fratribus ac filijs inter se dissidentibus, cùm utraque factio traheret ad se imperium. Sed PUK I A N G U S Imperatore proximè defuncto genitus causam & regnum obtinuit. De quo plura non existant, nisi annis eum plurimis probè Sinas gubernâsse; hoc uno infelicem, quod rebus filij non ita providerit, ut eum regni heredem relinqueret. Eo enim mortuo ipsius frater imperium invasit, CUNGKIA PUK I A N G I filio è successionis jure per vim depulso.

Cyclo 12. anno
58 ante Christum
sum 1980.

DUODECIMUS IMPERATOR

K U N G U S.

Imperavit annis XXI.

KUNGUS PUK I A N G I frater continuatâ, quam frater in ne-
potem exercuit, injuriâ, & ipse regnum invasit, CUNGKIA ite.
rum semoto; qui ne seram quidem spem haberet, posthabito
nepote filius à KUNG O ad imperium destinatur. Aliud nihil ab eo
actum memoriam dignum.

Cyclo 13. anno
57. ante Christum
sum 1821.

DECI-